Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



22

et non credens. Quoniam exacer
bauerunt eum in deserto: irata con
tristauerunt eum in magnoso. Et con
versi sunt et tentauerunt dm: et sanc
tum israel exacerbauerunt. Non sunt
recordati manus eius die qua red
emit eos: de manu tribulantis. Si
cut posuit in egypto signa sua: et p
digna sua in campo tanis. Et
commutauit in sanguinem flumina eorum:
et imbres eorum ne biberent. Misit in
eos cynomiam et comedit eos: et
ranam et disperdidit eos. Et dedit
erugini fructus eorum: et labores eorum
locustis. Et occidit in grandine vi
neas eorum: et moros eorum in pruina.
Et tradidit grandinem iumenta
eorum: et possessionem eorum igni. Et
misit in eos iram indignationis suae: in
dignationem et iram et tribulationem
immissionem per angelos malos. Vi
am fecit semitae irae suae: et non pepercit
a morte animabus eorum: et iumenta e
orum in morte conclusit. Et percussit
omne primogenitum in terra egypti: et
primitias omnis laboris eorum in ta
bernaculis cham. Et abstulit sicut
oves populum suum: et deduxit eos tamquam
gregem in deserto. Et deduxit eos
in spe et non timuerunt: et inimicos
eorum operuit mare. Et introxit eos
in montem sanctificationis suae: mon
tem quem acquisiuit dexterra eius. Et
eiecit a facie eorum gentes: et sorte di
uisit eis terram in funiculo distribu
tionis. Et habitare fecit in tabernacu
lis eorum tribus israel. Et tentauerunt
et exacerbauerunt deum excelsum: et
testimonia eius non custodierunt.
Et auerterunt se et non seruauerunt
pactum: quadmodum patres eorum
conuersi sunt in arcum prauum. In ira
concitauerunt eum in collibus suis:
et sculptilibus suis eum ad emulat
ionem prouocauerunt. Audiuit deus
et spreuit eos: et ad nihilum redegit
valde israel. Et repulit tabernaculum
silo: tabernaculum suum ubi habitauit
hominibus. Et tradidit in capti
uitatem virtutem eorum: et pulchri
tudinem eorum in manus inimici.
Et conclusit in gladio populum suum:
et hereditatem suam spreuit. Iu
uenes eorum comedit ignis: et virgines
eius non sunt lamentatae. Sac
erdotes eorum in gladio ceciderunt: et vi
due eorum non plorabuntur. Et
excitatus est tamquam dormiens do
minus: tamquam potens crapulatus
a vino. Et percussit inimicos suos
in posteriora: opprobrium sempiternum
dedit eis. Et repulit tabernaculum
ioseph: et tribum effraim non elegit.
Sed elegit tribum iuda: montem
sion quem dilexit. Et edificauit
sicut unicornis sanctificium suum:
in terra quam fundauit in sa. Et ele
get dauid puerum suum: et sustulit eum
de gregibus ouium: et de post fetantes
accepit eum. Pascere iacob ser
uum suum: et israel hereditatem suam.
Et pauit eos in innocentia cordis
sui: et intellectibus manuum suarum
deduxit eos. Gloria. ℟ Tu es deus qui
facis mirabilia. ℟ Deprecamur. ℣ Ps. lxxxviij

Deus uenerunt gentes in heredi
tatem tuam polluerunt tem
plum sanctum tuum: posuerunt iherusalem in
pomorum custodiam. Posuerunt
mortuorum seruorum tuorum: escas volati
libus celi carnes sanctorum tuorum bestiis
terre. Effuderunt sanguinem eorum